



Thunorum
in cibis
facult.

Pelamides sunt, sic à luto dicta: cum verò ha pedalem excessere mensuram, in Thunnos abeunt. Athenaus hos diu vivere ait, & in prae grandes evadere pisces. Sed huic opinioni videtur adversari Aristoteles, cum asseveret, eos biennio vitam finire. Animal est parvum (ut scribit Plinius) scorpionis effigie. Hoc ardente Sirio sub pinna affigit aculeo, tantoq; infesta dolore ut in naves exiliant, quo tempore, ut maximè noxii damnantur in cibis. Caterum thunnorum ventres, quo in cibatu ori gratiores habentur, eò magis Ventriculo nocent: contra eorum carnes, quae omni prorsus pinguedine carent, etsi non tantam cum palato ineant gratiam, minorem tamen ventriculo inferunt noxam. Quanquam huiusmodi pisces, qui in cetaceorum genere recensentur (ut Galenus est auctor libro 3. de alimentorum facultatibus) dura carne sunt praediti: quam ob causam & pravi sunt succi, & excrementitium praebent alimentum. Quapropter sale macerata plerumq; eduntur, quod inde alimonia tenuior facta ex ipsis in corpus distribuatur: ob idq; sit coctioni, & sanguini faciendo accommodatior. 30
Nam recens horum caro ni admodum probe concoquatur, magnam crudorum succorum copiam in venis congerit. Piscis, qui Gracis θυρῆ, Latinis item Thunnus vocatur: Arabibus, Kesam & Aliena: Italis Tonno: Hispanis Atuni. Gallis Thun.

Τάριον.

G A R U M.

C A P. XXXI.

Garum omne, quod ex piscibus, carnibusque sale maceratis liquamen est, si ex eo foras fiat depascentia ulcera fistit. Morbis à cane medetur: dysentericis, atque ischiadicis infunditur: nonnullis, ut exulcerata adurat: aliis autem ad lacessenda, quae ulcera non fenserunt.

Ζωὰς ἰχθύων.

J U S P I S C I U M.

C A P. XXXII.

Recentium piscium jus, modò per se, modò ex vino potum, alvum subducit, Privarim ad hunc usum conficitur è phycidibus, & scorpionibus, & julide, percis, & recentibus aliis saxatilibus, nec virus resipientibus, simpliciter cum aqua, oleo, & anetho. 40

Γαρίον
siderat.

Garum dictum esse à veteribus tradidit Plinius lib. 31. cap. 7. quòd olim conficeretur ex pisce, quem Graci Garon vocabant, intestinis illius sale maceratis, ac eliquatis. Quod item postea è scombri exitu confici ceptum est. Fuit olim Garum complurium ciborum condimentum, adeò ut nullas fere liquor, qui ad gula luxum magis praeferret, ab antiquis fuerit excogitatus. Verum tamen de hoc non intellexit Dioscorides, sed generatim de omni piscium, & carnum muria, quae hac diutius asservari solent. Caterum de piscium juve non est cur pluribus agam, cum satis ab ipso auctore de eo proditum sit. Quod Graci γάριον, Latini similiter Garum dicunt: Arabes Muri sive Almuri: Itali Garo: & Salamuoia. Quod verò Gracis ζωὰς ἰχθύων, Latinis Jus piscium dicitur: Italis Brodo de pesci. 50

Κόπρις ὑδαρινος.

C I M I C E S L E C T U L A R I I.

C A P. XXXIII.

Cimices, qui in cubilibus enascuntur, cavis fabarum inclusi, si ante februm significationes septeni devorentur, quartanis auxilio sunt: & citra fabas sumpti, percussis ab aspide profunt: vulvarum exanimationes olfactu revocant. Poti cum vino aut aceto adherentes sanguifugas abigunt: triti & urinariae fistulae impositi, urinae angustias levant.

Cimicū
consider.

Inter omnes nocturnos hostes, qui nobis dulcem somni quietem intercipiunt, nulli quidem nocentiores, infestioresq; habentur, quàm Cimices: quippe qui non solum morsu dilacerent, quo & somnum inturbant, & sanguinem nobis addimunt, sed etiam fetorem adeò detestabilem, abominandumq; nobis ex se relinquunt, ut eo longe magis sensus, spiritusq; ladantur, quàm universa corporis partes, quae ab eis fuerint icta. Caterum tametsi infestissima, foetidissimaq; sint animalia: noluit tamen eos genuisse natura omnium rerum parens, quin suum haberent in medicina usum. Utuntur iis recentiores quidam ad ciendam urinam, vivis in penis organum immisis, non autem mortuis, & tritis, Dioscoridis modo. Quod mihi magis consentaneum esse videtur: siquidem in meatum urinarium inditi, ingressu titillationem excitant, & urinam vim expultricem prouocant. Sunt & sylvestres Cimices, qui ex herbis victum, & locum habent, lectulariis majores, colore viridi, aequè ac illi foetidi. Sed hi nullum, quod sciam, obtinent in medicina usum. Cimices ita Latini, κόπρις Gracis appellantur: Italis Cimici: Germanis Wanzen: Hispanis Chismes, Chimesas, & Paravelhos: Gallis Punaises. 60

Cimicū
vires.

Cimices
sylvestr.

Nomina.

ὅτι οὐ

CIMICES LECTULARII



MILLEPEDÆ.

CAP. XXXIII.

Millepedæ, quæ sub aquario vase stabulantur, animalia sunt multis pedibus nitentia, quæ contacta manu contrahuntur in orbem. Hæ ex vino potæ difficili urinæ, & regio morbo auxiliantur. Millepedæ cum melle anginis utiliter illinuntur tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, doloribus aurium, addito rosaceo, convenienter instillantur.



Millepedæ, quas vulgo appellamus Porcelleti, animalia sunt exigua, & omnibus vulgaria: proinde non operæ pretium duxi, ut plura de eis in præsentia referam, quam tradiderit Dioscorides. Cæterum animalcula hæc Galeno commendata sunt lib. 2. de comp. med. secundum locos ad diurnos capitis dolores, ubi sic inquit: Maxime etiam prosunt sub aquario vase nascentes aselli, millepedæ appellati, si oleo incoquantur. Quamobrem nesciverim, cur dixerit Plinius lib. 29. cap. ultimo, Millepedam animal esse è vermibus terra, pilosum, multis pedibus arcuatim repens. Animalia, quæ Græcè δέσσι, Latine Millepedæ, Aselli & Multipedæ vocantur: Arabicè, Harna: Italicè Millepedi: Germanicè Esel: Hispanicè Gall-milha: Gallicè Cloporte.

Millepedarum consider. Millepedarum usus.

Nomina.

Σίλφ.

BLATTA.

CAP. XXXV.

Blattæ ejus, quæ in pistrinis invenitur, interanea trita, aut cum oleo decocta, aurium dolores instillatu mitigant.

Blattarum plura esse genera, auctor est Plinius lib. 29. cap. ultimo. Verum hæc, quarum in Hetruria aliquibus locis ingens est multitudo, & quæ vulgò vocantur Piattole, noctu magis, quam interdiu in cellis vinariis apparentes, circa latrinarum ora, in pistrinis, balneis, uliginosisq; adium partibus, sædisima quidem nauseosq; sunt animalia. Gryllos hæc, qui noctibus æstate strident, quædam tenes referunt: planiores tamen cruribus etiamnum tenuioribus araneorum modo: proinde fuga citissima. Lux istis adversissima, ita ut si nocte lumen repente inferatur, humentibus locis, in quibus degunt, celerrimo cursu refugiant. De his igitur, utpote quæ multum in pistrinis versantur, intellexisse Dioscoridem credendum est: non autem de illis vermiculorum modo oblongis, quæ in apum alvearibus, & in carnibus diu sale inveteratis enascuntur: quanquam & hæc blattæ nomen sibi vendicaverint. Nobis hæc vocantur vulgò Barbeggie, aliis verò Carpe. Blattarum vires, quas pluribus Plinius conscripsit, silentio involvimus, rati gratioribus, salubrioribusq; remediis morbos posse sanari.

Blattarum consider.

A 4

Nomina. sanari, quàm iis, qui à tam fetidis, atq; execrandis sumuntur animalibus. Quæ Græcis ελαφ, Latinis pariter & Italis Blatta nominatur: Germanis Grillen und Heimichen. Hispanis, Rapa cova.

πνεύμων θαλάσσιος.

PULMO MARINUS.

CAP. XXXVI.

POdagras, pernionesque emendat pulmo marinus recens, tritus & illitus.



Pulmon.
marini
confider.

Pulmones marini animalium pulmonibus non ab similes habentur. His (ut Plinius est auctor libr. 9. cap. 47.) eadem qua frutici inest natura, perinde ac spongiis, urticis, stellis, & olothyris. Conspiciuntur marini pulmones plerumq; undis supernatantes, futuram maris procellam presagientes. Colore crystalli in modum pellucido, cum caruleo misto, substantia tam fragili, ut vix è mari integer eximi queat. Mirum, quod si ius virgæ baculiq; perungantur, nocte facium accensarum modo lucem edant: adixotus pruritum facit, & ruborem excitat, id quod ego in me ipso expertus sum. πνεύμων θαλάσσιος ita Græcis: Latinis verò Pulmo marinus appellatur: Italis Porta marina. Hispanis, Natura de vieya, Capacha de velha.

Nomina.

πνεύμονες.

PULMONES.

CAP. XXXVII.

Meum
pneum.
ipius.

SUillus, & agninus, urfinusq; pulmo impositus, attritus à calceamentis contractos, ab inflammatione tuetur. Vulpinus verò si arefactus bibatur, suspiriosus adjuvat. Adeps quoq; liquefactus, infususq; aurium dolores finit.



Multa præterea sunt horum animalium membra, de pulmonibus quorum differit Dioscorides, quæ medicamenti vim possident, de quibus postea speciatim suus locus dicitur. Verum cum hac animalia nemini non sint cognita, non opus esse existimo, ut de iis plura dicamus. Quamquam illud silentio non dissimulandum, quod scilicet Ursarum partus non sit plurimis membris indiscretus, cruribus præsertim, & undiq; rudis, ac informis: nec quod parentis linctu formam tandem recipiat ursinam, ut nonnulli scriptis commendarunt, & credit vulgus. Quandoquidem in valle Anania supra Tridentum vidimus nos prægrandem Ursam prænantem, ab ipsis venatoribus exenteratam, cujus catuli adhuc in utero existentes, omnibus suis membris distinctis, ac formatis reperti sunt, non autem informes, ut pleriq; existimant, magis fortasse Aristotelis, & Plinii auctoritatibus freti, qui ita esse memoria prodiderunt, quàm sensibus, & experientia.

Nomina.

πνεύμονες Græcè, Pulmones Latine dicuntur: Arabicè, Rich, & Riche: Italicè Polmoni: Hispanicè, Levianos: Gallicè Polmon.

H. W. G. 17

A Sini jecur inassatum esu comitialibus prodest: veruntamen jejunis edendum præcipitur. Capræ vero inassati decidua sanie, inungi lusciosos prodest: & dum coquitur, apertos oculos halitu ejus vaporari: prodest in cibo tostum ad eadem. Tradunt hircini jecinoris cibo comitiales deprehendi. Aprium recens si arefactum teratur, ex vino potum, contra serpentium, † volucrumq; morsus auxilio est. Jecur canis, qui rabie exagitur, tostum, & in cibo ab emorsis sumptum, ne tententur metu aquæ tueri creditur. Utuntur autem ad arcendos aquæ pavores dente eo, qui caninus dicitur: hunc à cane, qui mordit, exemptum & folliculo inditum, pro amuleto brachio adnectunt. Inveteratum autem sale Mergi jecur, ex hydromelite binis ligulis potum, secundas pellit.



20

30

P Rater Asini, Capræ, Hirci, Apri, rabidi Canis & Mergi jecur, est & Lupinum, quo utuntur medicorum nonnulli, qui primas tenent in universa Italia. Siccant enim lupinum jecur, mox in pulverem conterunt, & tanquam præcipuum medicamentum iis exhibent, qui jecinorosis afficiuntur fluxionibus: iisq; similiter, qui aqua inter cutem laborant. Quamquam id probare non videatur Galenus lib. 11. simplicium medicamentorum, sic inquit. Jecur lupinum sepe numero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur, nec tamen quod memoria dignum sit, amplius præstare comperi, ad illud videlicet comparans, quod sine ipso componitur. Secus autem Galenus de jecore lupino scripsit postea lib. 8. de compositione medicamentorum secundum locos, ubi jecinoris medicamenta recenset, cum sic inquit. Cochlearum terrestrium carnem valde probè terito, & affusis vini nigri cyathis tribus calfacito ac bibendum dato. Videntur autem hac juxta totam substantiam efficacia esse, non secundum unam aut alteram qualitatem. Quale est & lupinum hepar, cujus abunde experimentum habemus. Usus autem ipsius consimilis cochleis est: teritur enim exactè hepar lupinum, & datur drachma una cum vino aliquo dulci, qualia sunt theriacum, Creticum, scybelites, ac dulce protropum. Benigna enim hæc sunt viscera, ipsum nutrire potentia, & media juxta calidi & frigidi oppositionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis convenire videntur, ut quæ ex substantia proprietate commoditatem de se exhibent, & neq; calidas neq; frigidas intemperies lædunt: hæc tamen Galenus. Caterum idem in simplicium medicamentorum censu, libro pauld ante citato, Canis rabidi jecur non iis præstare viribus, quibus aliquorum fuit opinio, scriptum reliquit his verbis: Jecur rabientis canis, si assum edatur, remedium existere iis, qui ab ipso fuerint demorsi quibusdam memoria est proditum. Ac scio certè quosdam qui ipsum sumpserunt, mansisse superstites, verum non illo solo: siquidem alii præterea remedia usi sunt, quorum fecimus periculum in rabiosorum moribus. Audi vi verò quosdam, cum illi soli fidem habuissent, postea mortuos. De jecore Mergi in aqua degentis, tametsi Galenus nihil literis mandaverit, Paulus tamen id renum calculos ejicere tradidit. Dioscorides verò secundas, non autem calculos pellere protulit. Quo fit, ut Pauli codicem depravatum esse crediderim. At ventris quidem Mergi meminit Galenus citato loco, eorum opinionem ut vanam explodens, qui ventriculo roborando ipsum exhibent. Eosq; idem deridet medicos, qui ad idem usurpant internas ventriculorum gallinarum tunicas: siquidem ait, se utrumq; expertum fuisse, nec inde quicquam consecutum emolumentum. Quod tamen cum ignorent recentiorum quidam, cum seplasiarii ad ventriculum roborandum aliquid præcipiunt, nihil frequentius habent in ore, quàm illud, Recipe stomachi gallinarum, longè magis vulgum, quàm Galeni dogmata secuti: quanquam in hoc Galenus sua experientia fretus, apertè Dioscoridi refragetur. Quod Græci ἰνκῆ, Latini item hepar & jecur vocant: Mauritanii Bedib: Itali Fegato: Germani Leber: Hispani Figado.

† Sunt qui hoc loco non ἰνκῆ quod est volucrum, legant: sed ἰνκῆ id est, quadrupedum, priore tantum mutata litera. Certè facilis hic fuit librorum lapsus: tamen quæ sit vera Dioscoridi scriptura, non facile intelligi potest, cum Plinio aves etiam dentata prodantur.

Jecinoris lupi consider.

Lupini Jecinoris vires ex Gal.

Canis rabidi jecur.

Mergi jecur & venter.

Nomin.

Genitale cervi tritum, & in vino potum, à vipera demorsis auxiliatur.

Rhastis auctor est, Genitale cervi, præter vim, quam sibi natura comparavit contra viperarum morsus, ut etiam scribit Dioscorides, auxilio esse remorantibus urinæ, ac coli cruciatibus affectis, si ubi aqua probè fuerit elotum, ipsa statim res,

ablutionis bibatur aqua. Ajunt in pulverem tritum, & iis medicamentis inditum, quæ venerem excitant, ea valentiora efficere. Quin & dysentericis mederi magno successu à nonnullis expertum est. Cervi genitale auxiliari serpentium moribus autor est quoque Nicander in Theriacis hoc carmine, à quo sumpsisse videtur Dioscorides:

Ἡ ἐκ τοῦ ἐξ ἐλάφοιο ταμίον ποσειδῶν βογαίον.

Nomina. Quod αἰδούρι ἐλάφου Græci, Genitale cervi Latini dicunt: Itali, Verga del cervo.

ὄνυχας ὄνυ, καὶ αἰγῶν.

UNGULÆ ASINI ET CAPRÆ.
CAP. XL.

Ungularum asini cinis per dies multos binis cochlearibus potus, proditur comitiales adjuvare: eadem oleo subactæ strumas discutiunt: & illitæ pernionibus medentur. Caprinarum cinere perunctæ ex aceto alopecie sanantur.



Ungula-
rū vires.

Nomina. Non solum Asini & Caprarum ungula in medicum veniunt usum, sed & Vaccarum, ex prioribus tantum pedibus exuta, ut auctor est Rhafis libello de bo. animalibus. Siquidem harum combustarum cinerem potum, nutritibus lactis copiam præbere existimat: Mularum verò mulieres infacundas reddere. Quin etiam mures earum suffitu sugari, ipsis carbonibus impositis & accensis. Earum nomen Græcum ὄνυχας, Latinum Ungues & Ungula: Arabicum Chafit, Sres & Dalef: Italicum Ungie: Hispanicum Unhas de animal: Gallicum Ongie.

λεχέων ἱππων.

LICHENES EQUORUM. CAP. XLI.

Lichenes sunt in equorum genibus, & super ungulas indurati calli, qui triti, & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur.

LICHENES EQUORUM.



Callorū
equi vi-
res.

DE Callis, qui equorum cruribus innascuntur, meminit Plinius libro 28. capite 10. & 15. iisq. tritis, & per aurem cum oleo infusis, dentium dolorem mulceri scribit, diebusq. quadraginta ex vino aut mulso potu calculos expelli. Ceterum